

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Osnabrvgensis Episcopatvs**

**Gigas, Johann Michael**

**Amstelodami, [1631]**

[urn:nbn:de:gbv:45:1-639605](#)



D E S C R I P T I O  
O S N A B R U G E N S I S  
E P I S C O P A T V S .

Terminus.



O N A S T E R I E N S I  
Diocesis Occi-  
dentalis & Ori-  
entem versus adja-  
cer Episcopatus  
Osnabrugensis  
Mindensi vero ad  
Ortum, in veteri  
Brueterorum re-  
gione, que nunc ad Westphalię per-  
tinet. Et haber Brueterorum nominis  
terminationem urs, ut & alia in eo  
traatu complures. Civitas insignis est,  
à Comitibus de Engern exstructa, au-  
tore Hermanno. Alii à Julio Casare  
hanc urbem incéptam esse perhibent,  
ut Annales Saxonum. Ferunt hanc à  
pellibus bovinis dictam, quibus urs  
hac fuerat circumdata, quasi dicas *Osfenburghum*. Sita est in valle amoenissi-  
ma, irrigaturque Hafä flumine. Tem-  
pore Caroli Magni insedit loca ista  
Widekindus Saxonum regulus, quo  
devicto Ecclesiastilic in honorem B.  
Petri, & sanctorum Crispini & Crispini  
excitavit Carolus: deditque ei  
Episcopum Wisenom cum ingentibus  
latifundis, & Schola Graeca ac Latina:  
ficut ex instrumento donationis li-  
quer, quod nos ad verbum descripsi-  
mus:

Diploma  
Caroli  
Magni.

In nomine sanctæ & individua Tri-  
nitatis. Carolus Imp. Augustus Ro-  
manum gubernans Imperium, Domi-  
nus & Rex Francorum & Longobar-  
dorum, neccnon dominator Saxonum.  
Notum fit omnibus sanctæ Ecclesiæ  
fidelibus, nostrisque praesentibus &  
futuris, quod nos ob nostre mercedis  
augmentum, Wiloni Episcopo Osnabru-  
geni, sue Ecclesiæ, quam nos pri-  
mam in omni Saxonia in honorem S.  
Petri principis Apóstolorum & San-  
ctorum martyrum Crispini & Crispini  
construximus, quoddam nemus  
vel forestū intra hæc loca, *Farnewinkel*,  
*Ruftenhelym*, *Angaria*, *Osfingnethe*,  
*Denshoffet*, *Egesferfel*, innumera collau-  
Germania.

datione illius regionis potentum, cum  
omni integratae in porcis silvestri-  
bus, cervis, avibus & pīscibus, omni-  
que venatione, que sub banno uisuali  
ad forestū deputatur, ad similitudinem  
foresti nostri Aquifragani in silve-  
ta Olsningi, in perpetuum pietatis  
ufum donavimus, ea videlicet ratione,  
quod si quipiam hoc idem nemus no-  
stro banno mutatum fine predictæ se-  
di Episcopi licentia studio venandi  
vel aliud agendi unquam introierit,  
sciat, se tam divina quam regia ultrio-  
nis vindictam incursum, necnon  
pro delicto sexaginta solidos nostri  
ponderis, quos nobis pro banno vio-  
lato statuimus debere redditurum. In-  
super vero eidem Episcopo ejusque  
successoribus perpetuam concedimus  
licentiam, libertatem, & ab omni re-  
gali imperio abolitionem; nisi forte  
contingat, ut Imperator Romanorum  
& rex Græcorum, conjugalia fœdera  
inter filios eorum contrahi difponant.  
Tunc Ecclesiæ illius Episcopus cum  
sumptu à rege vel Imperatore adhibi-  
to labore simul & honorem illius le-  
gationis adsumet. Et ea de causa sta-  
tutum, quod in eodem loco Græcas  
& Latinas Scholas in perpetuum ma-  
nere ordinavimus: nec unquam cleri-  
cos utriusque lingue gnaros decesser-  
confidimus, &c. Aquifragani in Palatio.  
Sunt & hic oppidula minoria: *Forste-*  
*nover*, *Vorde*, *Wylage*, *Mele*, *Iburg*, & ad  
lacum Dummerum *Hundeborg*. Me-  
diæ regionem, ut & metropolim, in-  
terfecat *Hafä* fluvius, cuius fons ad  
meridiem non longe à *Brinck* pago ori-  
tur. Montibus, & vallis, amoenissima  
fum loca, pastuis & ericetis amplissi-  
ma, falconum prope lacum jam di-  
ctum auecupio iucundissima. Paludes  
quoque & stagna habet. In confini-  
bus vides ad Occidentem Comita-  
tum *Tecklenborgh*, ad meridiem Comi-  
tatum *Ravensberg*.

Oppidula  
minoria.

Floren-  
tia.

Lacu-  
m.

H h

L710 32,825